



GEORGII AGRI COLAE

De ortu & causis subterraneorum	Lib. v.
De natura eorum quæ effluunt ex terra	Lib. iiiii
De natura fossilium	Lib. x.
De ueteribus & nouis metallis	Lib. ii
Bermannus, siue De re metallica Dialogus. Interpretatio Germanica uocum rei metallicæ, addito Indice fœcundissimo.	



BASILEAE M D XLVI

Cum priuilegio Imp. Maiestatis ad quinquennium.

calamo appellatus: & syringites, qui stipulæ internodio similis perpetua fistula cauatur. adde huc phyciten qui ex algæ similitudine appellatur. sed de his satis: nunc dicam de lapidibus, qui intra terram gignuntur.

GEORGII AGRICO LAE DE NATVRA FOSSILIVM,

Liber quintus.



APIDVM quatuor genera esse dixi: quoru[m] primum, ut paucis repetam, cōmuni lapidis nomine appellat. quod amplectitur magnetem, hæmatiten, aetiten, aliasq[ue] species complures. alterum nominatur gemma: cui subij citur adamas, smaragdus, carbunculus et as similes. tertium magnum est, atq[ue] etiam sicut gemma politu[m] nitet, quod marmor dicitur. id distinguitur potissimum colore & nationibus, cuiusmodi est porphyrites, ophites, Parium, Laconicum. quartum ab eo, quod com muni nomine lapis uocatur differens, nuncupatur saxum. quale est arenarium & calcarium. uerum primo dicam de primo lapidu[m] gene re, atq[ue] adeo de magnete: quod propter singularē & eximiam illam uin ferrum ad se alliciendi omnium celeberrimus sit & notissimus. cui Græci multa nomina posuerunt. nam & Magnes, & Magnetis, & Heraclius, & sideritis dicitur. Magnes quidem aut ab inuentore, cum in Ida esset repertus: quod Nicandrum tradidisse autor est Plinius. aut à Magnesia regione, in qua inuenitur: quod Lucretius scribit his uersibus,

Quem Magneta uocant patrio de nomine Graij,
Magnetum quia sit patrījs in finibus ortus.

Magnetis uero ab alijs eadem de causa appellat. at Heracleus lapis uel ab Heraclea urbe: uel ab Hercule. ut enim Hercules tetras & im manes orbis belluas uiribus subegit & oppressit, ita Magnes ferru[m], rerum materiam uictricem ad se trahens subigit, & tenet. quas ob ui res sideritis quoq[ue] nominatur. sed & ferri impoliti specie p[re]se fert, & in ferrarijs metallis plerunq[ue] inuenitur: quanquā in paucis, cum magna eorum sit multitudo. atq[ue] tum interdu[m] passim ferè aliqua Magnetis copia intercluditur materijs ferrarijs, interdum continuus in ueniri solet. gignit autem hunc lapidem Hispaniæ regio Cantabria, insula septentrionis iuxta Lappones, quæ ex eo nomen inuenit. Ger

y mania

mania in his locis, in Hercynia sylua ultra Hercebūgū, qui locus di-
stat à Gosearia ad septimū lapidem: ubi è singulari puteo effoditur;
in Misenæ montis uena ferraria, non longe à Suarcebergo, & ab Eis
bestoco maxime in ea fodina, quam Magnetū uocant, item non lon-
ge à Pela uico, quā itur in uallem diui Ioachimi ad dextram. quod fer-
rarium metallum ex Burcardo eius inuentore, et loco declivi nomen
reperit: in regione Francorum: in Boemia similiter in metallis ferra-
rijs ad Lessiam pagum, qui est ferè medius inter Slaccheuerdam op-
pidum & calidas Caroli quarti. Magnetem insuper Macedonia gi-
gnit, Magnesia regio Macedoniæ contermina, Bœbeida lacum pe-
tentí dextra: Bœotia in Echio: Troas circa Alexādriam: India iuxta
flumen Indum, & in maritimis quibusdam cautibus: Aethiopia Zi-
miri, de quibus Plinius cōmemorat, Sotacum secutus. differunt ue-
ro Magnetes colore. qui aut niger est, aut in nigro ceruleus, aut in ni-
gro rufus, aut contrà, in rufo niger. differunt spissitudine et raritate.
nam alij toti densi sunt, & similes smiridi, alij aliqua parte rari, & ue-
luti exesi, pumiciq̄ similes. differunt pondere, quòd partim graues
sunt, partim leues, mediocres partim. differunt uiribus. etenim qui-
dam ualide ad se trahūt ferrum, quos mares nominant. aliqui parum
ualide, quos fœminas. optimus certe magnes nō modo ad se trahit
& tenet ferrum, sed etiam uim suam in id ita transfundit, ut possit a-
liud ferrum, quod appositum fuerit, apprehendere & tenere. itaq̄ &
ipse plures annulos sparsim locatos, ad se allicit, ac ita tenet, ut de
eius corpore pendeant omnes: & cum unum aliquem ad se traxerit,
cum eo sic cōmunicat uim suam, ut aliud iuxta positum tenere pos-
sit, atq̄ is rursus aliud. quo sanè modo annulum annulo necti uide-
mus, & quandam quasi catenam ex eis fieri: etiam si alter in alterum,
ut catena fabricari solet, non penetret. ueruntamen ea magnetis uis
primum quenq; talis catenæ annulum arctius uehemētiusq; astrin-
git tenetq;: postremum remissius & lenius. quæ res quia uulgo ma-
ximam admirationē mouet, ferrum, cui lapis ille dedit uim suam, ui-
uum ut scribit Plinius, appellat: quia philosophis Agrigētinus Em-
pedocles magnetem animatū esse affirmauit. certe his eius uiribus
Theologi actiones diuinæ, medici naturales, quarū ratio reddi non
potest, confirmant. equidem speculum rotundū uidi, latum palmos
tres, altum duos, in cuius parte concava superne erat inclusus ma-
gnes. is globulum ferreum ad imum speculi collocatū, ad se traxit: ut
ne densum quidē speculi corpus frangere & impedire potuerit eius
uires. stupentibusq; rerū naturæ imperitis, globulus ferreus qui de-
cidere solet, in sublime ferebatur. quare à ueritate non abhorret, nec
est ab

est absurdū, quod è sacris scriptoribus quidam tradit, ferrum super argentum esse possum, infra hominem manu tenuisse magnetem: atq; quò ille lapidem mouisset, eò ferrum accessisse: cum argentum maneret immotū. & in Alexandria Aegypti laquearibus templi Serapis magnes infixus statuam æneam, in cuius capite ferrum erat inclusum, sic tenebat, ut media nec solum, nec culmē attingeret: quod est proditum græcis literis. at Plinius scribit: magnete Dinocrates architectus Alexandriæ Arsinoes templum concamerare inchoauerat, ut in eo simulacrum eius è ferro, pendere in aere uideretur. intercessit mors & ipsius & Ptolomæi, qui id sorori suæ iusserat fieri. atque Dinocratem Arabes imitati, sic ferreum feretrum, in quo conditus esse dicitur Mahumetes, Mechæ in templo eius, ut quidā perhibent, in aere pendens fabricarunt. uis uero illa ferrum ad se trahendi ut primo inuentori magnetem ostendit, clavis crepidarum, & baculi cuspide, quod Plinius scribit, hærentibus, cum armenta pasceret: ita etiam nostris, qui in fodina ferri, quam magnetum vocari suis prædixi, operam dederunt. cum enim, definito labore perfuncti, cuneos & malleos de manibus in solo cuniculi, ut sit, deposuissent, aut abiecissent, postero die ad eundem laborem redeentes, instrumenta non inuenierunt in solo cuniculi, in quo deposita erant, sed ad superiorem alterius lateris partem: ex qualapidis uiribus attracta pendebant: quod operarij, harum rerum rudes, admirati dominis indicarunt. ex quibus cum accepissent magnetis uenā esse, uim illam suis facetijs ludentes instrumenta sæpen numero de lapide suspenderunt. eadem uis magnetem nautis indicat. etenim Mauri tradunt in India maritimas quasdam cautes existere, magnete abundantes, quæ clausos omnes ex nauibus ad eas appulsi, extrahunt: quæ nauigia ferro onusta ad se trahūt, & eorum cursum fistunt. Aethiopico autem tam ualidā uim esse Plinius scribit, ut magnetem alium ad se trahat. sed magnes ad se non allicit ferrum si fuerit rubiginosum, aut impurum, aut oblitū allij ceparūm ue succo. nec uero minus adamas eius uiribus resistit. si enim iuxta ferrum ponitur, non potest id magnes ad se allucere, aut si iam traxit, quāprimum adamas fuerit appositus, ipsum dimittit. quinetiam magnes si diu ferro aut eius uena careat, aliquam uirium iacturam facit: quod nefiat, squama ferri est obruendus. Hoc quondam usi sunt opifices uitri, quod eum in se liquorem uitri quoq; ut ferrū trahere crederent: quod scribit Plinius. usi etiam sunt medici. etenim eum trium obulorū pondere potum cum aqua mulsa, crassos humores ducere Dioscorides tradit: Galenus uires hæmatitæ assimiles habere: cuius colorem quoniam ustus imitatur,

y = quondam

quondam pro eo uendebatur. Diſcorides eum eligit, qui ferrum facile trahit, cuius color inclinat ad cæruleum, qui spissus est, nec ualde grauis. At theamedes uim magneti habet contrariam, ut enim ille ferrum ad se trahit, ita hic abigit à se. quem theamedem etiam gignit Aethiopia in monte non longe distante ab eo qui magnetē procreat. quod si Plinius memoria lapsus non est, aut is à quo transcripsit, recte sentit, in India similes duo mōtes sunt iuxta flumen Indū. alteri natura est, ut teneat omne ferrum, qui constat ex magnete; alteri ut respuat, qui ex theamede. itaque si sint, inquit, clavi in calciamento, uestigia auelli in altero non posse, in altero sīstunt. atque etiam nunclapides effodiuntur, qui altera parte ex magnete constant; altera ex theamede. sed qui colore non differant, cum uiribus discrepent. Albertus Magnus sua ætate magnetem inuentum esse scribit, qui una parte ferrum ad se traheret, abigeret à se altera contraria. quoniam uero nihil dicturus sum de lapidibus fabulosis, hic relinquo lapidē, quem à ferro trahi dicunt. alterum præterea, quem perhibent ad se allicere carnes humanas: omitto pantarben, quem alios lapides ad se trahere Philostratus scribit. nihil dicā de amphitane, quæ, ut Plinius, alio nomine appellatur chrysocolla, & in Indiæ parte ubi formicæ eruunt aurum, inuenitur auro similis, quadra ta figura, affirmaturque natura eius, quæ magneti: nisi quòd trahere quoque aurum traditur. In metallis etiam ferrarijs, saepius tamen in proprijs hæmatites & schistos reperiuntur cognati lapides, ut qui ex eadem materia conglutinati, figura & alijs quibusdam differunt. hæmatites quidem est dictus, uel quòd sanguinei sit coloris, ut recte sentit Galenus, Theophrastū secutus: uel quòd sanguinis fluxū sistat: uel quòd attritus aquarijs contibus reddat succum sanguineum, ut alijs atque alijs censet. schistos uero nominatur, nō quòd aut fissus sit, aut omnis facile findi possit, ut nō potest, sed quòd uideatur quodāmodo esse fissus. mutua enim suarum partium compositione quæ ligni instar recta creuerunt, similis est ammoniaco sali. multæ Germaniæ regiones gignunt hos lapides, Saxonia scilicet in tractu Hildesheimio ultra montem Mauriçij, & quidem in uena oblique dilatata. eadem Saxonia ad quartū lapidem à Gofelaria, quæ itur ad montem, quem ipsi, suo tamen nomine, appellant frigidam betulam, hunc Gofelarianū nominabimus. Hercynia sylua nō uno loco, sed præcipue iuxta Hacekerodam: ubi schistos. Hassia, quæ est pars regionis Chattorū, Gladebach in montibus. Misena, quæ Hermundurorū in fodina, cui nomen Goldecrona, id est aurea corona. quæ abundans schisto, distat à Mariebergo oppido circiter quinque m. pass. Boemia in fodinis ferrarijs ad Lefsam

sam pagum, item interdum in metallis argentarijs uallis lachimicæ.
 sed in loco utroq; reperitur sparsim: sicut etiā in Norici cisdanubia=ni ferrarijs, quæ absunt ab Ambergō ad secundū lapidem, quā Sul=cebachum uersus itur ad occidentē. in quocunq; autem loco hæma=tites & schistos inueniri solent, ibidem sunt saxa rubra & terræ eius=dem coloris, ex quibus ortu generati sunt. quomodo in Sinopide ru=brica hæmatiten reperi Diſcorides scribit. gignit insuper Hispa=nia schiston: hæmatiten Arabia, Aegyptus, Africa, Aethiopia. uter=queuero lapis uariat colore. nam aut sanguinis cōcreti sunt similes,
 atq; inde hæmatites nomen reperit: aut ferri imitantur colorem, &
 tum interdū aliquæ partes extimæ croci: quales gignit Misena. aut
 prorsus nigri sunt, qualis effoditur non longe à monte, quem frigi=dam betullam uocari paulo ante dixi. qualis etiam ut Sotacus tradi=dit, schistos nascitur in Africa niger: quem ab extincti carbonis co=lore uocant anthraciten. ac schistos non raro extrinsecus lœuis est &
 ferri politi instar splēdet: cuiusmodi est Misenus omnium maxime
 durus. quin fractus etiā intrinsecus, sed minus, solet nitere. idē schi=stos interduin extra non splendet, intus instar minij facticij, quod
 etiam cinnabarim uocat pictores, micat. qualis in sylua Hercynia na=scitur. atq; is etiam in puluerem tritus nitet nō aliter ac si argento ui=uo esset oblitus. nunc etiam de coloribus quos cotibus uterq; attri=tus reddit, aut ustus habet, dicam. atq; aliij facile reddunt succum, ut
 pleriq;: aliij difficulter, ut Arabicus & Misenus nimis duri. quanquā
 uero ferè reddunt sanguineum: tamen schistos Africanus, anthraci=tes dictus, ab ea parte quę fuerit ab radice nigri coloris, ab altera, cro=ci. similiter Gosełariani pars quæ uuarum modo concreuit, nigrum
 reddit succum: altera in croceo nigrum. at Arabicus hæmatites cro=co similem, tam schistos q; hæmatites si sanguinis concreti similes
 fuerint, usti cinnabaris imitantur colorem: si nigri, mutantur in pro=fundiorem. omnis alijs schistos ustus, floridum habet colorem. lin=guam autem non hæmatites solum, sed etiam schistos astringit. iam
 cum uterq; densus & plerunq; durus sit, schistos quo magis ferri in=star splendet, eo durior esse solet: ut in Misena & Hercynia sylua re=pertus. atq; in Miseno nodi quidam nascuntur magnitudine nucis iuglādis, adeò duri ut in incudes impositi respuant ictus. quibus cū
 politi fuerint, aurifices argentū, cui induxerunt tenuissimas auri bra=cteas poliunt: et perpoliunt illas coloratas bracteas, quæ subduntur
 gemmis, ut per eas transluceat, in uarias etiam figurās uterq; forma=tus inuenitur. hæmatitæ ferè semper glebæ figura est, & cum ea sit,
 Hildesheimius interdum caueriulī plenus est, Hercynius nonnun

quam uuarum modo cōcreuit. sed schistos magis uariat figura. nam aut altera parte aut utrīc̄s cuneatur. quomodo cunei modo stricti, modo lati, modo parui, nunc uero inueniuntur magni. Misēnū certe uidimus quatuordecim libras pendentē. aut stiriarum instar concreuit assimilis belemnita. qualis interdum Gose larianus, & plerunque Boemicus, effossus ex ferrarijs metallis, quae sunt ad Lessam pagum. aut uuas repræsentat, ut interdum Hercynius, interdum Gose larianus nigerrimus. sed Hercynius cum ei aliquando dimidiati globi figura sit, cerebri speciem præse fert. aut denic̄s magis latus quam longus est, sicut Hercynius minij facticj modo splendēs. Hæmatite medici utuntur. nam astringit & exiccat: atq̄ ideo cotibus attriti succus palpebrarum aspritudini, quam Græci uocant ξρόχωμα, prodest, illitus si laborant inflāmatione, cum ouo: sin minus, cum aqua. prodest sanguinis perora uenarum profusioni. prodest omnibus ulceribus. in puluerem uero tritus carnes reprimit excrescentes. schistos eiusdem cum hæmatite coloris, easdem uires habet: alterius minus efficax est. hæmatites autem optimus est cui sanguinis concreti color, qui friabilis, qui æqualis, qui purus. similiter schistos est optimus si talis fuerit: tametsi Dioscorides eligat eū cuius extremæ partes croci imitantur colorem, ut uideri possit præstantissimum illum, qui sola figura differt ab hæmatite, ignorasse. Natura ex ostracite, in Hildesheimio tractu inter antrum & charadrā, facit hæmatiten, ars ex magnetē: utrāq̄ urendo. nec uero antipathes gemma, quae nigra non translucet, uidetur aliud esse q̄ hæmatites niger. is enim uetiā ruber, si coquit in lacte, facit id myrrhæ simile. quin eiusdē genris est trichrus ex Africa niger, qui tres succos reddit, à radice nigrū medio, sanguineū: summo, cādidū. est enim lapis cōpositus ex duplicitate hæmatite, nigro scilicet & rubro, ac, ut uideat, galactite uel assimili. Ut aut ex rubris saxis fit hæmatites & schistos, ita ex albis & quidē calcarīs similibusq̄, morochthus. quē quia lineas albas, ut creta, ducit, quidā iccirco leucographida uidētur nominasse: quia cādidas & mollis est. alij leucogæā, id est candidā terrā: quia succū ex se se emitit lacteū, quidam galaxiā. is nascitur in Aegypto, & in Saxonia Germaniæ regione effodit unā cū terra Alfeldæ. fossa est ad ortū æstiū, quā itur ad montē syluestrē. est aut morochthus cādidas & mollis, ac facile resoluit: quo utūtūr lintearij ad dealbādas uestes, utuntur medici. etenim illiniendi uim obtinet. quare prodest & excreantib. sanguinem: prodest mulierum menstruis. quoniam uero cum exiccat, non astringit, non abstergit, non mordet, potus cæliacorū & uescicæ dolores sedat, atq̄ ualis est oculorum medicamentis. explet enim ul-

cera caua, & destillationes sistit. ulceribus insuper eorum quibus mol-
 lis est caro, cicatricem inducit. Ex hisdem saxis calcarijs, sed cinereis
 gignitur galactites & melitites: quorum uterque cinereus est: uterque co-
 tibus attritus reddit lacteum succum, ex quo galactites nomen inue-
 nit: utriusque succus est dulcis, uerum dulcior melitae, atque circa a
 melle propter similitudinem saporis est appellatus. galactites mittit
 Achelous amnis, & reperitur ad Saxonum riuos in tractu Goselaria-
 no. at in Hildesheimio eruitur e fossa arenaria, qui singulis annis ex
 lacteo & glutinoso succo capit incrementum, unde nonnulli magni-
 tudine capitis pueri solent inueniri. uterque, quia caloris aliquid ha-
 bet, abstergit, sed plus melitites, quod plus habeat caloris. uterque ad
 oculorum destillationes & ulcera utiliter inungitur. galactites nutri-
 cibus, quae eum tritum cum aqua, uel uino dulci biberint, facere dici-
 tur lactis fœcunditatem. quinetiam lapides in Argœo Cappadociæ
 natæ, in lactei coloris succum resoluuntur. atque hos renū calculos fran-
 gere autor est Galenus. Idem saxum calcariū parens est gypsi. quod
 in montibus Misenæ, qui sunt ad Salam, licet conspicere: ubi uenæ
 gypsi per saxa calcaria uagantur. eius natura cum singularis sit, tamen
 proprius ad lapidemque terram accedit, ut Theophrastus recte sens-
 tit. nascitur multis in locis, quorum celeberrimos tantum cōmemo-
 rabimus: itaque in Galleis citerioris Hispaniæ populis: in Saxonib.
 in Hildesheimio ultra montem Mauricij: in Hercynia sylua Stolber-
 gi: in Chattis inter Aldedorfum & Eschuegā oppida, nō procul ab
 arce Pilsteino: in Turingis Northusæ, ubi multi sunt gypsei mōtes:
 in hisdem ad Gothā ubi eruitur e monte, quem Sebergū nominant:
 in Misenis ad Salam ferè e regione lenæ oppidi Turingorum, quo
 in loco montes abundat uenis gypsi dilatatis. in Italia uero gignitur
 in Thurijs: in Thessalia: in Perrhebis: in Thesprotia ad Tymphæa:
 in Cypro, ubi detracta per exigua terra effoditur: in Phœnicio: in Sys-
 ria: in Mauritania Cæsariensi, atque ex eo etiam portus Gypsariæ, ni
 fallor, nomen inuenit. gypsum autem primo differt colore. cādidum
 reperitur plerisque in locis. sed candidissimum Northusæ & Hilde-
 heimi ebori non dissimile. in candido cinereum iterum Hildeshei-
 mi. cinereum nigris maculis, ut marmor Rochlitzense, interstinctū
 in Misena ad Salam. cinereum tantum Northusæ. gignit etiam Mis-
 sena ibidē subrufum & uiride. deinde differt nitore. aliud enim stella-
 rum in star micat, ut plerisque id cui glebae est figura: aliud marmoris
 modo nitet, ut Hildesheimium in candido cinereum, & Misenum
 subrufum: aliud translucet, cuiusmodi interdum e Galicia affertur.
 tum differt figura: nam aut est glebosum, quale Misenum subrufum,

& cinereum nigras habens maculas: aut constat ex crustis cuiusmodi Northusanum cinereum: aut quemadmodū sal ammoniacus fuisse uidetur esse, quale Misenum candidum & uiride. cum autem omnē gypsum eam habeat duriciam, quam dixi, in Thuringia inter Northusam & Eldericum oppidum, ac in Saxonia in tractu Hildesheimio reperitur molle et sacchari simile, quod magis terræ speciem præse fert q̄z lapidis: etenim adeò friabile est, ut digitis in puluerem teripoſuit. sed durum: i colæ Hercyniæ syluæ & Thuringi urunt, uſtum molunt, & aquis madefacto calcis uice qua multum lentore præstat, uſtūtur. Phœnices, Syri, alijqz similiter quondam uſserunt, & uſi sunt. uſtum cuiuscunqz coloris fuerit, candidum efficitur. quoniam uero glutinosum est, uſtum, ut etiam saxum calcarium, diu inferinet calorem. pari ratione ex lapide speculari cremato efficitur gypsum, & quidem optimum. cum aqua si perinſcetur gypsum, laetis imitatur colorem. qui autem tundunt gypsum, aquā infundentes rudiculis agitant uſqz eò dum bene permisceatur, non manibus, quòd eius calorem non ferant. sed madido, inquit Plinius, statim uendum est, quoniam celerrime coct, ac ſiccatur: tamen rursus tundi, & in farinam resolui patitur. aquis enim madefactum unius noctis ſpacio ita indureſcit in uafis, ut dolabra excidi neceſſe fit. attamen rurus aquis madefacti uſus est conglutinandis cæmentis. nec uero minor in albarijs: aliquis etiam in coronis. at ſigilla ædificiorū & diuorum ſimulacra non tantum ex tuſo et madido gypſo fiunt, sed etiam ex crudo, maxime ebori non diſſimili, ſculpuntur. horum autē imaginem, ut iterum Plinius ſcribit, gypſo è facie ipſa primus omnium exprefſit, ceraqz in eam formam gypſi infuſa, emēdare instituit Lysistratus Sicyonius frater Lyſippi. Verum ex gypſo quod conſtat ex crustis, cinerei coloris murus Northusæ in Turingia eſt extructus: ſimiliter ex gypſo murus eſt portus Algeri Mauritaniæ Cæſariensis oppidi. Africagypſo mitigatasperitatem uini, ut Plinius ſcribit, fullones ut Theophrastus gypſo pro cimolia quondam tymphaico uſiſunt. in medicina exiccat, & illiniendi uim habet, iſcīrco ſanguinis fluxum ſiftit cum albumine oui illitum. uſtum autē, quia tenuius fit, magis exiccat, ſed illiniendi uim obtinet minore: at potum quod alliget uifcera, & obſtruat uenas, interimit. Res gypſo cognata lapis ſpecularis eſt, nam & ſimiliter interdū gignitur ex ſaxo calcario, ſed cum pauca aqua permifto: & ut hominis industria ex lapide ſpeculari facit gypsum, ita natura interdum contrà ex gypſo ſpecularem lapidem. quod nomē, quia perſpicere oteſt, et rei quæ ab eius tergo eſt, imaginem reddit, ipsi à ſpeculo imposiſum. è Græcis quidam σεληνίτης

tū appellant, quòd plena nocte ad incrementū lunæ soleat inueniri, uel quòd imaginem lunæ, quam, quia pellucet, noctu cōcipit, in dies singulos crescentis minuētisq; numero reddat, alijs ἀφροσέλγυνοι uocant, quòd multis persuasum esset, ut absurdissima quæq; uulgo persuaderi possunt, lunæ esse spumā. ab Aetio Amideno quòd trāsluceat, σφεκλάχυνοι appellatur, & σφεκλάχυνοι uocabulo latino, sed corrupto, ex Germanis quidam huic lapidi nomen posuerunt glaciei, quòd ad eam candidi crustæ magnam similitudinem habeat, quam rem cum Julianus Cæsar in glacie fluuij Sequanæ animaduertisset, eam similem esse scribit lapidi Phrygio, sic uocat specularē, quòd in Phrygia reperiatur. nam multis in regionibus effoditur: in citeriore Hispania circa Segobricam urbem copiosus. in Gallia non ita multus. in Saxonibus Germaniæ populis apud Hildesheimū paucus: et in ijsdem ad Desteri montis radices ultra Bunsedorfum. in Turin-gia ad secundū lapidem à Northusa in Steigera ualle copiosus. mōs etiam, in quo Steinum arx Vicelebiorum munita & nobilis extruscta est, hoc lapide abundat. in Misena ad Salam paucus. in Italia Bononiæ: ubi murorum pars ex eo fuit, & reperitur in fundamentis ad huc creber: in Sicilia: in Cypro: in Phrygia: in Cappadocia: in Arabia: in Aegypto: in Africa. est uero uel totus candidus, aut niger, uel ex dimidia parte candidus, ex dimidia niger: qualis est Hanoveræ in cœnobio Franciscanorū, ad radices Dexteri effossus. uel candidus quidē est, sed aut ob nigras maculas ophitæ est similis, cuiusmodi & hodie reperiit, & fuisse Aegyptiū Theophrastus autor est: uel in candido mellei coloris, qui tamē rarius effoditur. at candidus plerunq; trāslucet: omnis alius aut minus translucet, aut obscurus est, at tamē splēdet, magna aut ex parte mollis, sed molliissimus Cappadocicus. quidā durus est, atq; is à molli nō differt specie, sed sola duricia, quā ferè habet marmoris. quare in crustas facile findi nō potest, cū mollis in admodū tenues findi possit. tā uero durus q; mollis in Germania inueniit. quoniam uero ex eadem cōstant materia, ex utroq; usto fit gypsum: uterq; leuis est, leuior tamē mollis. crustæ aut alibilōgæ sunt, ut in Hispania, in Turingia, in Cappadocia, sed Plinius nunquam quinq; pedum longitudine ampliores inuentas dicit. alibi breues, ut in Misena ad Salam, in Italia Bononiæ. fert calores solis & hyemis frigora, sed imbrium adeò impatiens est, ut, si uel magnæ eius moles ipsi fuerint expositæ, corrumpantur. quoniam uero perspicuus est, ex eo Senecæ memoria cœperunt fieri specularia, quæ fenestris inserata aerem excluderent, transmiserent lumen. quod genus specularia habet templum Cosuici in Saxonia, & alterum Merseburgi in Turingia

ringia. postea tametsi specularia fierent, aut ex uitreis orbibus tessellis ue plumbo inter se coiunctis, aut ex chartis, aut ex linteis cera alba & sepo caprino inunctis: tamen antiquum nomen apud Latinos retinuerunt. crudo etiam speculari lapide cementi: usto, calcis loco hodie quidam utuntur. eius ramenta in uino austero pota, dysentericis auxiliantur. usti uero puluis inspersus, fistulosis ulceribus breui tempore carnem generat. Sequitur amiantus, qui quanquam ex lapide calcario & gypso non fiat, sed ex sui generis succo: tamen etiam propria est naturae. amiantus uero dictus est, quodignis adeo non inquinet ipsius splendorem, ut etiam si in eum coniiciatur sordidus, nihil deperdens nitidus & splendescens extrahatur. idem uocatur asbestos, quod in lucernis, fiunt enim ex eo thryallides, semel accensus non extinguatur, dum aliquid olei supererit: nam ignibus non absumentur, idem quia plexis mulierum crinibus similis est (etenim in eam figuram formatus plerumque uenditur) à Zoroastre nominatur bostrychites: quia canicie hominis, ab alijs polia, ab alijs corsoides: quia sparsa caniciem interdum praese fert, spartopolia: quia manibus netur & texitur, à quibusdam linum: & quidem à Græcis asbestos, quod ex asbesto factum sit: à Plinio uiuum, quod in igni non soleat mori. à Pausania Carystium, quod effodiatur ad Carystum. quia denique ad alumenum scissum similitudinem habet, à Quadrigario alumenum. nascitur autem in Norici metallis Suaci, in Arcadiæ montibus: ad Carystum Euboiae oppidum: in Scythia: in India: in Aegypto. coloriplus uel candidus, uel cinereus, uel rufus, uel ferreus. sapore differt ab alumine scasso: nam hoc astringit, amiantus parum pungit linguam, minime uero astringit. quod ad figuram attinet, amiantus iam scissus capillo assimilis est: qui potest scindi bacillo. quod ad naturam pertinet, non aliter ac metalla humorem habet internum, siccitatem exteriorum. quem humorum ignis, quia potentior est eius calore, nequit consumere: sordes, ad lapidem adhaerentes consumere potest. ardentes, inquit Plinius, in focis conuiuiorum ex eo uidimus mappas, sordibus exustis splendescentes, igni magis quam possent aquis. quin ea obliqua non accendi obsidione Athenarum sub L. Sylla Quadrigarius compertum scribit. sed ipse, ut dixi, alumenum appellat. quomodo etiam Strabo uidetur appellare, cum ait bitumen ardens alumine restinguiri. Athenis in aurea Mineruæ lucerna, quam fecit Callimachus, in erat thryallis ex lino Carystio, quod Pausanias scriptum reliquit. igitur uetus est, & Atheniensium exemplo multis in regionibus hodie usitatum, amianto uti ad ellychnia. idem lapis lauatur, pectinatur, netur, texitur, tametsi quia brevis difficulter: conficiunturque ex eo non solum mappe, qualis

pæ, qualis est Romæ, sed etiam mantilia, quale in Saxonia Verebergi, ex eo Brachmanes Indorū philosophos sibi uestes confecisse Hie rodes scripsit. ex eo etiam quondam funebres regum tunicæ fieberat. quibus induiti in rogos ardentes imponebantur: ut corporum cinis à lignorū cinere secretus & seclusus in sepulchro cōdi posset. quam autem Plinius scribit, hoc linū rarum inuentu esse, & cum inuentum fuerit, æquare precia excellentium margaritarū: tamen hodie, quoniā eius copia extat in metallis Norici, satis uili precio uenit. adhæc dum pyrites Gosełariæ tertio uritur, Eislebæ lapis scissilis, uterq; in summo pyræ collocatus exudat quiddā subuiride, aridum, asperum, tenuē. quod similiter ac amiantus ignis postea non cōburit. sed lapis scissilis exudat copiosius q; pyrites iam ab amianto figura non natura differt magnetis: non lapis ille qui ferrum ad se trahit, sed similis argenti. etenim ex crustis, lapidum speculariū modo constat, uerum tenuissimis. igni autem non aliter ac amiantus repugnat, ut ipsum cōsumere non possit. quare fiunt etiā ex eo thryalides aliquot crustis filo ferreo coniunctis. in permultis reperitur locis: uerbi causa, in Misenæ fodina Goldecrona, quæ ad quintum lapidem distat à Mariebergo: & in altera iuxta Sletam oppidū: in Boemia Vildsteini: in Francis Miltebergi: in regione Liuonum. coloris autem est aut argentei, qualis reperitur frequēter: quem figuli nostri appellat nomine ex argento & albo cōposito: & recte sanè. nam ita similis est argenti, ut eos qui ipsum non satis diligenter inspexerint, decipere possit. atque cum talis sit, tamen cum argento, ut recte Theophrastus scripsit, nulla iūgitur cognatione. idem lapis insuper est ferrei coloris, cuiusmodi interdū est Misenus ex Goldecrona effossus: aut plumbei, qualis ad Goldecranacum inuenitur: aut deniq; coloris argenti cum plumbo permisti. sed cui color est argenteus uel ferreus. is modo cum terra rubra solet esse mistus, modo cum lutea, nunc uero cūm alia. magnetis præterea aliis in tenuissimas crustas findi potest, alius nō potest, quod genus sunt hi quibus colori plumbi, uel argenti cum plumbo cōmisti. nam ex crassis crustis constant. in regione autem Liuonum ex tenuissimis crustis, quia ignem non sentiunt, fiunt laterīq; earundē, si fuerint argenteo colore, puluerem hodie chymistæ & nonnulli alij cum ære miscent, atq; ita faciunt album, ut simillimum sit argenti. eundem puluerem figuli cacabis inspergentes, eis argenti dant nitorē. at ex eo cui est color argenti cum plumbo misti, quia crassas habet crustas, mensarū fiunt tabulæ. quæ sordibus defœdatæ igni non aqua tantum purgari possunt, magne ti autem colore similis est mica, natura dissimilis, etenim argentei est coloris

coloris, sed igni consumitur. in lapidibus, marmoribus, arenis lucet, ita his agnata, ut separari non possit: eam metallici nostri partim ex splendore appellant, partim nominant uocabulo ex feie & argento composito: quo eodem etiam quidam magnetum appellat. ut autem magnetis lapis est argentei coloris, ita aurei ammochrytos. arena tamen est magis ḡ lapis prorsus auri colore simillima, unde nomen inuenit: nō ex eo, ut Plinius scribit, quod ueluti auro arenæ mistæ sint. metallici nostri rursus appellant nomine ex feie & auro ducto: nihil enim auri in se continet. hinc conficitur aureus puluis, quo quis scribunt, arenæ loco utuntur. Similiter ea quam metallici uocant armaturam, quod ferri politi, aut æris similitudinem gerat, neutrum metallum non modo est, sed ne tantillū quidem illius ex eo potest confici: uerum est ueluti naturæ rudimentum ea metalla facere discentis. lapis uero qui tandem fuerit hac armatura indutus, Hoplites græce dici potest. armari autem solet saxum scissile: unde interdum alterum uenæ latus ad longitudinem sex pedum, aut amplius ferri politi modo splendescit, similiter cornu Ammonis & alij lapides armantur, sed eorum arma ex auro uel orichalco polito plerunque uidentur esse facta, ut suo loco dicam. Quinetiam niger quidam lapis inuenitur prorsus colore similis illi ex quo cōflatur candidum plumbum: sed adeò leuis, ut mox intelligas inanem esse, & in se habere nullum metallum. hunc nostri appellant lupi spumam. Ut autem æs, si cum eo magnetis permiscetur, simile fit argento: ita si cadmia, auro: quod orichalcum nominatur. cum autem tres sint cadmiæ diuersæ, & duæ soleant effodi: una expers metalli, de qua nunc loquimur: altera metallicam. at tertiam quæ oritur in fornacibus, cadmiam fornacū. quoniam uero cadmiæ quæ ferreis fornacum hastis adhæsit, fragmenta caua sunt, & similia calami, ea primo ex calamo nomen inuenit: nūc sola fossilis id obtinet: quæ lapis est sublutei coloris, interdum non multum durus. quare Festus Pompeius dicit esse terram. is luteum fumum crematus emittit. reperitur in inferiori Germania in loco sítio inter Coloniam Agrippinam, & nobile illud oppidum, quod ex aquis nomen duxit: in magnæ Germaniæ regione Vestphalia ad oppidum Lemmigam: in ferrarijs Sauerlandiæ uenis: in Rhetia prima: ubi effodiatur ex Aldebergo, quod nomen nostralingua significat antiquum montem. Sed de his quæ medium naturā habere uidentur inter terram & lapidem & metallū satis dictum est. nunc per sequar reliquos lapides, qui è marmoribus aut saxis fiunt. quod genus sunt lapides Iudaici, trochitæ, dactyli Idæi, & consimiles. lapis

autem

autem Iudaicus diuersis nominibus appellatur: quorum uarietatem primo peperit regio in qua nascitur. quia enim in Iudæa, unde etiam hodie affertur, Iudaicus à Dioscoride nominañ: quia ipsa Iudæa est Palestinae Syriæ regio, ab Aerio Amidenio Syriacus. deinde figura, quæ alij uisa est balani esse, quo nomine etiam censemur fructus palinæ: alij uoluæ nuclei: unde illi phœniciten, hi pyrenæ uocarunt. tum effectus, ob quem quibusdam tecolithos dictus, quod liquefaciat lapidem: nonnullis Eurrhœus, quod quia cōminuit calculos, & mouet urinam, facile fluere uideatur. in glandis autem ferè figuram formatus est, satis concinne. nam ab obtusiore eius parte ad acutiorem procedunt eminentes lineæ ita inter se æquales, ut torno factæ uideri possint: utq; lapis cōcharum modo striatus fiat: quæ lineæ his qui pyrenem uocarunt, similes uisæ sunt spinis piscium à dorso in uentrem procedentibus. si ab omni terrarum contagione purus fuerit, extrinsecus æque acintus est nonnihil cādidus. sed fractus instar tabulæ politæ intus est leuis, & tanquā marmor splendet: quin aliquæ etiam eius partes exteriores nitent. at cotibus attrito, ut atteri solet, cum in medicina usum præbet, sapor nullus est. ciceris uero magnitudine cum tribus aquæ calidæ cyathis potus, urinæ difficultati prodest, et frāgit calculos, magis tamen in renibus q; uesica natos. Cum lapide Iudaico cognationē habet trochites, à rota appellatus. etenim cum ei natura dederit tympani figuram: eius pars rotunda læuis est, utraq; uero lata habet quendam quasi modulum. à quo undicq; radij ad extimam orbis partem, quæ ipsis est loco canthorum, procedunt ita eminentes, ut striæ fiant. multum uariat quantitate, sed minimus adeò paruus est, ut maximus decuplo maior sit. maximus uero est latus digitum transuersum; crassus tertiam eiusdem partem, aut amplius, differt colore: nam aut cinereus est, aut nigricat, aut luteus est. sedis magis propter contagionem terræ talis esse solet, intus enim cæteris candidior. omnis fractus lapidis Iudaici instar leuis est, & nitet. frangitur autem similiter ut ille, in longum, latum, obliquum; in acetum impositus, ut astroites, bullas agit: atq; etiam reperitur inter dum qui se tanq; astroites moueat de loco. at ex trochitis nondū separatis constat entrochos, modo ex binis, modo ex ternis, modo ex quaternis, nunc uero ex pluribus. uiceni enim sic inueniuntur coniuncti. eius duæ sunt species: aut em̄ æqualiter teres est: aut teres quidem, sed pars eius media tumet, utrumq; caput strictius est. cuius auctem trochitæ radios habent eminētes, in eo, qua parte duo committuntur, semper inesse cingulū retortum uidetur: at cuius humiles, continent cingulo, totiç; læues sunt. trochitæ uero sic coniunguntur ut

unius radij ingrediantur in alterius strias. entrochi quidem tumidi
 trochitæ, plerumq; humiles admodum habent radios. quin sæpe nu-
 mero lapis informis reperitur unâ cum trochite & entrocho, rotæ in
 se continens figuram, quæ in eo quasi quædam radix, trochitis iam
 abruptis, remansit. Hos autem lapides gignit Saxonia ad Hildeshei-
 mum ultra montem Mauricij, in commissuris marmoris in ciñereo
 candidi, & in terra glutinosa: eadem inter Alfeldam & Embecam:
Chattorum regio in parte collis Cnorebergi, adhærentis monti, in
 quo sita est arx Spāgebergia. Habent etiā lineas eminentes & strias
 lapides in agris nati, ex quibus eum qui cum tonitruis, ut nunc quo
 que credit uulgas, cadit, Brontiam uocant Græci, capitibus testudi-
 num similē: qui cum imbrīb. Ombriam. nostri sunt modo sublutei,
 modo subuirides, modo subrubri, modo subfuscī, nunc uero uariat
 colore: politi tanq; specula, imagines reddunt. figura ipsiſ ferè dimi-
 diatiglobi, raro oblonga. interdū ouī magnitudine sunt: sed sæpius
 minores. aliquibus bini sunt circuli quasi quidā moduli. à quorum
 superiori quinæ lineæ eminentes æqualibus inter se spacijs diuīsæ,
 procedunt ad inferiorem, quarum singulæ utrinq; striam habent: to-
 tidem rursus lineæ eminētes à superiori circulo per media spacia de-
 scendunt ad inferiorē, à quarum singulis utrinq; multæ lineæ trans-
 uersæ pertinent ad strias proximas. inter eas autem semper sunt hu-
 milia spacia quadrata. aliqui uero tantūmodo habent has postremas
 quinas lineas descendentes cū multis transuersis, & spacijs non ad-
 modum longis. reliqua autem media spacia tota eminēt, carentq; &
 lineis & strijs. nonnulli eodem modo se habent, nisi quòd linearum
 loco habeāt strias, & quòd spacia transuersa emineāt. Ceraunia quo
 que ex eo nomen inuenit quòd cum fulmine, ut idem uulgas credit,
 cadit. nec tantum in Carmania nascitur, sed etiam in nostris agris. ca-
 ret strijs & lineis, atq; in hoc differt à brontia. læuis uero est & nunc
 rotunda, nunc oblonga: cuius genera coloribus distinguuntur. nam
 alia partim est candida & pellucēs, partim fusca, alia nigra est, aliaru-
 ber. Verum ut entrochos diuisus rotarum effigiem repræsentat, ita
 encrinos liliorum. cum enim angulata pars una ab altera separatur,
 utrāq; quina lilia ostendit. nam alterius eminentiæ ingrediuntur in
 alterius strias. quælibet uero talis pars quinos habet angulos, latera
 totidē, utrinq; quinalilia: unde pentacrinos græce potest dici. quem
 admodum uero entrochos constat ex multis interdum trochitis, sic
 encrinos ex multis pētacrinis. agnascitur autem lapidibus in rubro
 nigri coloris, ipse rufus. sed eius pentacrinis fractis est lapidis Iudai-
 ci color, læuor, splendor, quare obtinet eandem uim medendi. repe-
 ritur

ritur in fossa mœniorum urbis Hildesheimiæ: ac uero etiam palma=ti lapides, ut Plinius scribit, circa Mundam in Hispania, ubi Cæsar Dictator Pompeium uicit, reperiuntur: idq; quoties fregeris, enosteos fractus ossis speciē repræsentat, ut de cotibus dicam: enorchis fragmentis testium similis est, sed is, ut Plinius scribit, candidus. in dioecesi autem Treuerensi, cum cementa pro reparandis structuris, quæ uitiū fecerant, arcis Erebreitesteinensis eruerentur, inueniti sunt lapides nigricantes & duri, qui muliebrepudendum exprimerent. diphyis uero genitale utriusq; sexus distinguent linea ostendit, unde ei nomen impositum. duplex, ut scribit Plinius, est cādidus & niger. at Glossopetra linguae similis est humanæ. Idæi uero dactyli in Creta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt, quos tres lapides Plinius in gemmarum numero reponit. idem scribit Ammonis cornu aureo colore arietini cornus effigiem reddere, et in Aethiopia nasci. is uidet aurei coloris armatura obductus esse: nam in toto Hildesheimio tractu, qui longissimi collis speciem præ se ferens, à Marienburgo arce per inferiorem urbis partem pertinet ad Hasdam pagum, inuenitur lapis nouæ lunæ speciem habens curuatæ in cornua aurei coloris armatura uestitus, modo magnus, modo paruus: mediocriter autem durus, & interdum striatus. sed eundem aliquando ferrei coloris armatura tegit: aut adamanti similis. etenim ubi in terra aluminosa reperitur, aut atramētosa aureo colore splendet: ubi in alterius generis terra, ferreo, aut consimili. nam alumen & atramen= tum sutorium permутant ferrum in orichalci colorem, qui assimilis auro. ibidem effoditur lapis eiusdem figuræ, sed omni uacuus armatura, & cinerei coloris: qui est Tephritis apud Pliniū. idem dicit Hephaestiten in Coryco natū speculi naturam habere in reddendis imaginibus, quanquā rutilus. nomen ex eo inuenit, quòd in sole additus aridam materiam accendat, non aliter ac speculum concavū sul= furata, stramina, farmenta. id genus lapides in rubro nigri coloris reperiuntur Hildesheimi in fossa mœniorum, quæ spectat septentrio=nes. in modum uero patinæ excauati sunt & aurea armaturarutilat: quare & reddunt imaginem, & ob solis radios obuersi aridam mate=riam accendunt. ibidem effodiuntur lapides eadem armatura sic or=nati, ut auro conspersi uideri possint. at myrmecias lapis niger ex eo nomen inuenit, quòd habeat eminentias similes uerrucis. Plinius eum numerat in gemmis. quidam lapides aliquā cum pennis auium similitudinem habent, ut hieracites, quem Paulus Aegineta in lapi=dibꝫ rectius numerat, q; Plinius in gemmis. is, inquit idem, alter=natus miluinis nigricans ueluti plumis. inuenitur in tractu Hil=desheimio

desheimio, quæ itur uersus occasum à iam dicta mœniorum fossa, in colle ultra flumen, & citra. estq; similis specie & colore accipitrū molioribus pennis, quæ ipsis sunt in pectore. alter ibidem reperitur lapis qui exprimit ūrūs & colore perdicum pennas, quas item habent in pectore. hieraciten dextro fœmori alligatū, sistere dicunt sanguinem per ora uenarū profusum. Ammonites uero ex arenis ita componitur, ut ouis piscium, quod ad figurā attinet, similis uideatur esse: intro interdum, quod ad substātiā & colorem. id genus lapides inueniuntur in Saxonibus ad Alfeldam & Hildesheimū, nucis iuglandis magnitudine, aliquando etiam maiores. sunt eiusdem generis saxa quæ in septimo libro persequar. at Lepidotes squamas piscium imitatur uarijs coloribus. dicam hoc loco de quibusdam lapidibus, qui in eodem Hildesheimio inueniuntur tractu. itaq; inter annūm quod ex nanis nomen reperit, & charadram, lapis inuenitur fuscī coloris, planus, ammoniaci salis instar scissus, tubercula superius habens clauorum capitib; similia. & ad Hasdam pagum alter huic non dissimilis: nisi quod candidus sit, & careat tuberculis. sed ē regione montis in quo situm est templum, quod diuo Mauricio sacrarunt, in lapidicinis marmorū inueniunt lapis pentagonos, à quinque angulis quos habet, appellatus: similiter hexagonos, cui sex sunt anguli. uterq; uero est candidus, plerūq; latus se cunciam, planus, sed in medio habens alueolum, cuius margo, ut in tabula lusoria, undiq; est altior. at in medio alueolo est punctum, à quo radij ad extimam partem, sicut in trochitis procedunt. ibidem reperitur rhombites magnitudine castaneæ, uel nucis iuglandis, candidus, undiq; plenus squamis paruis eminētibus, utrinq; obliquis: unde rhombi speciem gerunt, quæ lapidi nomen dedit. quin alterius generis rhombites reperitur in Galgebergio. is longus esse solet digitos sex, latus duos, crassus unum. ipsi figura est cylindri compressi, sed striæ, tam inferioris q; superioris partis, ita se intersecant, ut plures in earū me dio fiant eminentiæ, quibus omnibus item rhombi est figura. at Salfeldæ in Turingijs ex puteo uiginti duas orgyas alto effossus est lapis, qui solidi pectoris speciem præseferebat, longus sesquipedem: latus palmas tres. crassus anteriori parte ubi costæ terminabātur, digitos sex: posteriori, ubi erat uertebræ mediæ perforatæ, tres. sed spina uacua erat ab eo, quod medullam exprimeret. extrinsecus autem lapidi color insidebat aut niger, aut rauus: intus lapidis Arabici similis. uerum hunc natura singularem procreauerat. redeo ad eos quos multos in uno loco, uel in pluribus eadē natura gignit: quales sunt quinascuntur in terra glutinosa, quæ est in uenis, fibris, cōmissuris

Saxorum

saxorum testis aquatilium similes, sed quanto terra est crassior quam aqua, tanto imperfectiores gignit formas, & quae animantibus caeant. quod genus lapides reperiunt in Germania, in Hildesheimio Saxoniæ tractu, & in saxum inclusi in multis regionibus, ut suo loco dicam. itaque Strombites assimilis est cochleæ aquatili: ex ampio enim in tenui turbinis instar deficit, in spiram à dextra tortus. is interdum est breuis, interdum longus dodrantem, intus candidus, ex trinsecus terræ in qua nascitur, colorem assumit. reperitur autem in Saxonia ad Hildesheimū in Galgebergj lapidicinis, & in noua urbis parte cum fodiuntur cellæ, in quibus uinum zythum' ue recondi solet. in eadem Saxonia Alfeldæ interspeculam & oppidum petenti Embeccam: Hanoberæ in lapidina calcaria. Ctenites uero striatus est, omninoque pectinis effigiem repræsentat. color ipsi plerumque cinereus. Hildesheimi reperitur in lapidicinis eius tractus, qui est ultra montem Mauricij. Myites, quia striatus non est, musculi speciem præ se fert, is duplex, oblongus, & pectinis modo rotundus. hic colore cinereus reperitur in Chattis ad Spangebergū arcem, ubi & trochitæ, & in Saxonibus ad Hildesheimum in lapidicinis tractus iam dicti: ille modo subfuscus, modo subflauus effodit ex fossa moeniorum Hildesheimiæ urbis, quæ ad septentriones spectat. Onychites unguibus odoratis, quos Græci nominant onychas, ferè similis tam colore quam figura, nascitur in ijsdem Hildesheimij lapidicinis.

Ostracis lapis ex ostrijs, quibus similis est, nomen inuenit. duplex est. maior, qui lapidis specularis modo fissilis effoditur etiā ex fossa Hildesheimiæ urbis: quæ, ut dixi, ad septentriones spectat. minor non longe ab Hanobera, prope Lindam pagū, reperitur in terra pingui & subuiridi, quæ est in loco abrupto. Porphyroides purpuræ instar aculeis clauatus, & colore cinereus inuenitur in eadem fossa Hildesheimiæ urbis, sed ut purpura turbinatus non est. ibidem alias reperiuntur huic non multum dissimilis, ueruntamen caret aculeis: strias uero habet transuersas. Ex eadem fossa eruitur conchites, qui incuruis liris ad scapulas redeuntibus, & aurei coloris armatura decoratur. longus esse solet palmos duos, latus palmū. quinetiam cōchæ marinæ, ut Pausanias scribit, in toto corpore lapidis Megarici sparsæ sunt, atque ob id conchites dictus. Armatura autem quoniam philoginos etiam obductus esset, chrysites est appellatus. is uero ostreæ Atticæ assimulatus inuenitur, ut Plinius scribit, in Aegypto. Lepides autem Hildesheimios maxima ex parte attulit ad me Valerius Cordus, qui nuper Romæ immaturam mortem obiit. iuuenis ille ardenti studio cum alias res naturales, tum maxime herbas scrutabatur. sed de id ge-

nus lapidibus satis : nunc de reliquis dicam. Stelechites stipitis spe-
ciem ostendit, cuius rami sunt mutilati, colore cinereus reperitur in
Chattis ad Spangenbergum arcem in colle Cnorebergo. ai belemniti-
tes sagittæ effigiem repræsentat : quare Saxones eum uocabulo ex
ephialte & sagitta composito nominant, potumq; contra eiusmodi
suppressiones & noctis ludibria ualere dicunt, ac fascinationibus oc-
currere. hunc lapidem hodie quidam medici pro lyncurio habent &
utuntur, qui ex urina lyncis non concreuit : nec enim ullum tale fuit
lyncurium. sed ueteres scriptores succinum, ut dixi, sic appellarunt,
quod ipsi opinione persuasum esset ex urina lyncis fieri. Si quis
tamen unq; Græcorum lyncurium, quod non esset succinum, uidit,
hos belemnitas, opinor, uidit. nam ex eis quidam succini falerni ha-
bent colorem, & pellucent : quidam paleas aliasq; res minutæ, tan-
quam succinum ad se alliciunt. reperitur autem belemnites in pluri-
bus Germaniæ locis: apud Saxones in urbis Hildesheimiæ mœnio-
rum fossa, quâ ad occasum spectat, in ripa Lani amnis ad Niestadā,
quod oppidum distat ab Hanobera circiter duodecim m. pass. in tra-
ctu Brunonis uici, ubi lignitum bitumē: apud Pomeranos Stetinæ:
apud Prussos prope Marieburgum, iterum in ripa Vistulæ fluuij:
apud Sueuos iuxta Hochingam, quod non procul abest à montib,
quos Alpes uocant. belemnites est aut cinereus, aut cādicans, aut in
rubro niger, qui omnes inueniuntur Hildesheimi : aut succini faler-
ni colore, ut Prussicus & Pomeranicus. qualem quia ferè translucet,
ac ad succinum aliquam habet similitudinē, primo solum nostri me-
dici lapide in lyncis uidentur appellasse, deinde idem nomen in alte-
rius coloris & non pellucidū belemnitem transtulisse. uel can-
didus fit, uel in candido cinereus. uterq; reperitur inter urbem Hil-
desheimum & arcem Marieburgum in marmore antri, quod à na-
nis appellant, ad sinistrā. nam locum illum quōdam arsisse alia mul-
ta, præter huius lapidis odore indicant, quin aurea armatura nō mo-
do belemnitem Hildesheimi in fossa mœniorum generatum ortu,
sed eius etiam radicem conuestit extrinsecus : quæ armatura sine ar-
te mirifice nitet, atq; imaginem instar speculi reddit. belemnites au-
tem si cōfricentur, ex eis quidam oleni cornubouis limatum autu-
stum, ut Hildesheimi in marmoris eiusdem odoris cōmissuris natu-
ali qui sine odore sunt, ut reliqui. diuersa uero ipsis est magnitudo. cū
enim maximis esse soleat digitū longitudo & crassitudo, Hildeshei-
mij in fossa mœniorum, quâ spectat ad septētriones, repertis, est in-
terdum sesquipedis longitudo, brachij crassitudo. at figura omnibus
est sagittæ ex ampla radice defientis in tenuissimā aciem: omnibus

à natura

à natura inest quædam quasi rima, qua sit ut facilius in longitudinem diffindatur. sed ea pellucidis magis & cæteris est conspicua. eadem interdum aurea armatura uestitur intus. in alijs præterea inest terra, in alijs arena, in alijs lapis qui nō ipse solum ut belemnitæ in conum acutum est turbinatus, sed etiam arena & terra. uerū lapis quem continet belemnites aurei coloris armatura tectus, plerumq; constat ex crustis, tanq; membranis quibusdam primo latis, mox magis ac magis strictis. quoniam uero belemnitæ exiccat, Prussicis & Pomernicis chirurgi curant uulnera: ijsdem medici, & Saxones suis, nō aliter a clapide ludaico frangunt calculos. Ut autem belemnites aut terram, aut arenam, aut lapidem in se continet, ita geodes amplectitur terram: aetites lapidem uel arenam: enhydros liquorem. Sed hi differunt à belemnite figura. nam pleriq; omnes in speciem orbis globatissunt, sed modo absoluti, modo compressi. eum certe qui complectitur terram, Plinius alias in aetitis numerat, alias gæoden vocans, separati persequit. Dioscorides gæoden ab aetite distinguit: quod ille terram, unde ipsi nomen impositum, hic lapidem continet. adeò certe magnam cognitionē inter se habent, ut ex eadē constent materia, non aliter ac belemnitæ diuersas res etiam ipsi continent, ut ferè in eodem loco gignantur. gignuntur autē in Saxonibus ad Hildesheimum: in Misenorū montibus ad Salam, & non longe ab Aldebergo, ac uero etiā sub arce Moteltha: in Gargano Apuliæ monte. in Taphiusa iuxta Leucadē, in Cypro, in Arabia, in India, in Africa. inueniuntur uero cum torrentes ex magnis & assiduis imbribus orti terram eluunt. dictus est aetites uel à colore aquilæ candicante cauda, ut sentit Plinius, uel quod in aquilæ nidis reperiatur: quatuor enim earum generib. inaedificatur nido, utidein scribit. cest uero uel candidus, qualis Taphiusius: uel gallæ colore, qualis interdum Arabis: uel subrutilus, qualis iterum aliquando Arabicus: uel in rutio niger, qualis Misenus non longe ab Aldebergo repertus. at Apuli multum uariant colore: nam modo subcandidi sunt, modo gallæ colore, modo subrutili, nunc uero non unius coloris, sed partim fuscæ, partim lutei. Hildesheimij autem interdum ochra sunt infecti, ac Miseni oleni uiolam ob muscum, qui ipsi adhærescit. illo enim abraso abit odor, uerum nō ipsi solum ita suauiter oleni, sed etiam tum faxi in Calebergo ad Aldebergum reperti fragmenta, tum silices in Berningerio monte in confinijs Misenæ & Boemiacæ sive. quod ad figuram attinet, cum plerisq; sit globosa facies, Miseni ad Salam sunt inæqualiter rotundi: Arabici dilatati, & non raro Miseni non longe ab Aldebergo inuenti, quibusdā etiam anguli existunt, sed hī rario-

res. at quātitas aetitis magis uaria est: etenim alijs est magnitudo ma-
 li armeniaci, alijs persici, alijs punici, alijs melonis, pusilli sunt Afri-
 cani, ampli Cyprīj, maximi Moteschani. deinde duri aliqui sunt, ut
 Arabici, Apuli subcandidi, Miseni quos mares nominat: aliqui mol-
 les et friabiles, ut Cyprīj & Africani, quos foeminas. tum quidā sunt
 lœues, ut non pauci Apuli: quidam asperi, ut Miseni ad Salam reper-
 ti. aetitæ præterea intus in concava eorum parte, tanq; in aluo, conti-
 nent aut terram, aut arenam, aut lapidem. qui terrā intra se habet, so-
 lus gæodes etiam dicitur. ea uero est uel candida, ut in Africano: uel
 pallida, ut plerūq; in Miseno ad Aldebergum inuenito: uel lutea, ut
 in Hildesheimio. inest arena in nonnullis nostris bus, in Apulis, in
 Cyprījs. grauidus lapide aut unum continet in utero, sicut Taphius-
 sus & Arabicus: aut plures, ut Cyprius, & Apulus interdum. atq;
 in his omnibus calculi plerūq; liberi & soluti intus iacent, quare con-
 quassati sonant. Miseno autem ad Salam nato, & Moteschano, atq;
 etiam Hildesheimio, quia plerūq; adhærent, cum quatuntur, so-
 num non edunt. adhærescunt uero ad eum, quem gignunt montes
 ad Salam siti parui & candidi ac crystalli instar splendentes: ad Mo-
 teschanum diuersorū colorum gemmis simillimi, sed parum duri. ad
 Hildesheimiū per exigui lapilli ochra tincti. atq; etiam ex aetitis præ-
 gnantibus quidam in aluo habent terram simul & lapillos, ut inter-
 dum Hildesheimij: quidam arenam simul & lapillos, ut Cyprīj: &
 fortassis alijs terram & arenam, alijs terram, arenam, lapillum. ad hæc
 lapis quem Taphius sus aetites in se continet, uocatur callinius, nec
 quicquam, inquit Plinius, tenerius. nec uero pæantides, gemonides
 etiam uocatae, quæ in Macedonia inueniuntur, iuxta monumentum
 Tiresiae: nec cissites qui naſcitur in Aegypto circa copton: nec gaſi-
 dane, quam Medi & Arbelite mittunt, alijs sunt lapides quām aetitæ
 candidi. quia enim ipſi medentur parturientibus, pæantides uocan-
 tur: quia prægnantes quasi fiunt, & pariunt alterum lapidem, appellan-
 turgemonides: quia concipiunt, cissitæ nomen inueniuntur. Sed
 quancq; quid significet extremum gaſidane uocabulum ignoramus:
 tamen quia concipere dicitur, & intra se partum fateri concussa, fa-
 tis intelligimus etiam aetitem esse. quoniam uero pæantidib. est spe-
 cies aquæ glaciæ, gaſidane coloris est olorini, ueluti floribus spar-
 fa, cissites est candidus, color aetitæ non dissidet, qui interdum can-
 didus esse solet. quem non nihil diuersum diuersi scriptores alijs au-
 que alijs uerbis exprefſerūt. ut autem ex his lapidibus aliqui sint an-
 gulati, uideanturq; figura distingui posse ab aetite, nō aliter ac beles
 mites terram in se continens, à gæode præter cætera distinguitur

gura; tamen ex aetitarum numero excludi non possunt, quod etiam
ipsi compressi interdum non careant angulis. uerutamen an fuerint
angulati, scire non possumus, quod Plinius, siue magis hi autores, ex
quibus sua transcriptis, nihil de figura eiusmodi lapidum dixerint.
uerum de his lapidibus quisque quod sibi uidebitur uerius sentiat. o-
mnino autem iam dicti lapides sunt hi, quos Theophrastus & Mu-
tianus parere crediderunt. sed omnes aetitiae exiccat: quidam insu-
per astringunt: ex quibus gæodes ea quæ obscurauit oculos, purgat,
& cum aqua illitus, sedat inflammationes māinarum & testium. qui
uero lapillum in alio continet, is, ut Græci perhibent, alligatus sini-
stro grauidæ mulieris brachio, fœtū ne uuluæ excidat lubricæ conti-
net & custodit: sinistro parturientis femori, ita adiuuat eam, ut sine
doloribus pariat. sed uis illa tantum nido direptis, quod Plinius scri-
bit. ad aetas quoque pertinet enhydros, qui ex aqua, quam in se con-
tinet, nomen inuenit. semper rotunditatis absolutæ in cādore est læ-
uis, sed ad motū fluctuat. intus in eo ueluti in ouis liquor, ut Plinius
sentit: ut uero Albertus noster & alij, etiam aqua stillat. quin liquidū
bitumen, interdū suavi odore, in saxis, tanquam in uasis conclusum
inueni. ac quidem belemnites & gæodes, ut dixi, in se continent ter-
ram. Samius uero lapis cōtra in terram Samiam reperitur inclusus.
quo sua opera poliunt aurifices. candidū & subdurum excellere bo-
nitate Dioscorides tradit: ex quo intelligimus & alterius coloris, &
molles inueniri, quibus assimiles sunt Hildesheimij lapides non lon-
ge ab Hasda pago ad molam frumentariam in loco abrupto reperti.
nascuntur autem in fibris terræ pinguis & glutinosæ, Samiæ, quod
ad substātiā attinet similis, atque hi quidem sunt cinerei aut pallidi:
interduni molles, interdum subduri: plerique omnes plani ex crustis
constant, intus nitentes, extrinsecus asperi: quare etiam ipsi auro po-
liendo utiles, sed ex candido, quia speciosus, facta est gemma, quam
Zoroastres exhebenum nominauit. Samius præterea quia refrige-
rat & astringit, cotibus attritus cum lacte prodest ad oculorum la-
chrymationes & ulcera. Sed ut Samio lapide aurum & argentum
poliunt aurifices, ita annularij smyride gēmas duras purgant & ex-
terunt. sed eodem etiam uitrarij laminas uitreas diuidunt. reperitur
in Misenorū metallis argentarijs Annebergi & in alijs. ipsi ferri du-
rica & color, utilis ad laxitatem gingivuarum & ad dentifricia. Et in
Armenia nascitur lapis, quo scalpunt gemmas, & sigilla efficiunt, ut
autore est Stephanus. sed utrum smyris sit, an cos Armenia, an lapis
alius, non explicauit. Verum ad cutem leuigandam, & pilos amo-
uendos conuenit ostracites, ita dictus quod testæ similis sit, eum iu-
niore

niores Græci λιθόσρεψομ uidentur nominasse, ut ab ostracorum testis distinguenterent: ueteres & ceramiten, cum testæ habet colorē: & ceramiden maxime cum eum cæruleæ bullæ cingunt. ex crustis constat: facileq; findi potest: digitis percussus, tanq; olla, sonitum edit, hodie reperitur in Hildesheimio circa antrum à nanis appellatū, colore subrubeus. eum tractū, ut dixi, quondam arsisse multa indicant, ostracites autem exiccat & astringit: iccirco drachmæ pondere cum uino potus cōtinet menstrua. ex aqua uero illitus sedat mammarum inflammationes, & ulcera, quæ serpunt pascendo, sistit. At Phrygius lapis ex Phrygia, cuius infectores eo uestes tingunt, nomen inuenit, sed nascitur in Cappadocia. is gleba est pumicosa, misti saporis: non nihil enim & astringit & mordet. optimus autem est colore pallidus, uenas uero tanquam cadmia, habens candidas: non robustus compage corporis: mediocriter grauis, uino respersus & ustus magis fit fuluus. hunc aliqui hodie pro lyncurio uendunt: sicut alij pro eodem, ut dixi, belemniten: in medicina exiccat. sed præterea mistis uirib. præditus est: nam & repellit & digerit, utilis ad ulcera putrida, & ad oculorū medicamenta. ut autē Phrygio infectores utuntur, ita agerato coriarij, autore Galeno. is cū misti sit saporis, sic modice astringit et mordet, ut gustatus neutrum manifesto sentire possit: quia uero repercudit & digerit, columellis inflāmatione laboratis prodest. Sequuntur cotes, quibus ferramēta exacuuntur. enim omnes homines eis cultri aciem excitant: fœni sex præterea falsis: tonsor nouaculæ: faber materiarius ferræ. quid plura: omnia instrumenta ferrea artifices, qui uel ea fabricarunt, uel eis utuntur, cotibus acuunt. earum multa sunt genera, tum liquoribus quibus indigent, tum regionibus in quibus nascuntur, distincta. primum enim quibusdā oleum quo trahant aciem illinitur, fitq; eo delicioracies: quas olearias uocant. his in Germania solus tonsor nouaculas excutit. in Italia quondā falces fœni sex, qui cornu propter oleū, inquit Plinius, ad crus ligato incedebat. he reperiunt hodie in inferiori Germania in tractu nobilis oppidi, quod ex aquis nomē inuenit, quibus primas tribuunt: in Saxonibus non longe à Garleba, quibus secundas: in Boemis, quibus tertias. Creticas olim diu maximam habuisse laudem, secundam Laconicas, ex Taygeto monte Plinius tradit. deinde quasdam cotes aquam defaciunt, quas aquarias nominant. plurimæ in Chattoru fluujs reperiuntur, præcipue in Lano ad Marburgum, & in Edera ad Francobergum. reperiuntur & in Italia, & trans Alpes, ut Plinius scribit, quas Passernices uocant. reperiuntur quoq; in insula Cypro ad Naxū, in eadem ad Arsinoen, atq; in Armenia

menia. sed quondam in aquarijs primam laudem habebant Naxiæ:
 secundā Armeniacæ. tertium earū genus ex oleo & aqua pollet: qua
 les sunt Ciliciæ. quartū saliuia hominis proficit, quo quondam ton-
 sores, ut nunc oleario usos fuisse ex Plinio intelligitur, qui Flaminii-
 tanas ex Hispania citeriore in eo genere præcipuas esse dicit. diffe-
 runt autem cotes colore: nam aut nigræ sunt, ut Saxonicae, & non-
 nullæ in inferiori Germania natæ: aut uirides, sicut Italicæ & multæ
 ex Boemicis, quarum aliquæ candida uena distinguuntur. quinetiam
 in quibusdam ex inferiori Germania allatis, cōspiciuntur hi colores
 alterni, nigor & candor. in Chattorum uero fluuijs repertæ plerun-
 que fuscæ sunt: sed magnæ, quibus tympani figura datur lapidis mo-
 laris, ex quo formantur, colorem habent, & sunt quidem apud nos
 modo candidæ, modo cinereæ, nunc autē in cinereo candidæ: apud
 quosdam luteæ: apud alios rubræ. quod uero ad molliciam & duri-
 ciā artinet, oleariæ molles sunt, molliores quæ saliuia hominis pro-
 ficiunt: utræq; si uel exciderint è manibus, casu aliquo solent frangi.
 At aquariæ contrà duræ sunt. sed uirides Boemicæ, quia cæteris olea-
 rijs non raro duriores, usum etiam aquiarum possunt præbtere.
 quarum uenæ candidæ, si non fuerint reliquo corpore duriores, ut
 molliores sint, nō improbantur: quæ uenæ interdū ita molles sunt,
 ut oleum alteri parti illitum, ei cōtraria altera exudet. tum aliæ per se
 figuram ferè quadratam habent: ex quibus aliquæ longæ sunt, quas
 deplanant modo, & perforant: aliquæ latæ, quas etiam in duas plu-
 res ue diuidunt, utræq; in Chattis reperiuntur. aliæ ex id genus saxis
 excisiæ in eandem figuram quadratā formantur, sicut ex Naxio mā-
 more Naxiæ, ex Armeniaco, Armeniacæ. paucæ aquariæ nuper in
 Boemia ex ligno, ad Cracauicium arcem in lapidem uerso, in figuram
 ferè triangulam formatæ sunt: quæ longæ erant duos palmos. solis
 uero grādibus, quæ etiam aqua trahunt aciem, quasq; uel rotula, uel
 homo uersat, tympani figura datur, & ex saxe molari duro fiunt. ex
 his autem ipsis quæ ex inferiori Germania afferuntur, uariæ nigro &
 candido colore, quædam fractæ ossis speciem repræsentant. quas ic
 cīco ινοσίας Græci appellarent, cum autem omnes usum in acuen-
 do ferro præbeat, duris præterea sternunt focos: quod emblemata in
 Chattis licet cernere. postremo cum ferrum cotibus aquarijs reddi-
 tur acutum, id quod utrinq; deteritur, refrigerat, quare illitum uirgi-
 num mammas, & puerorum testiculos augeri prohibet, atq; poda-
 gricis prodest: cuin idem cotibus olearijs redditur acutum, quod de-
 teritur, abstergit, i cīco capillorum defluuijs, quæ Græci alopecias
 uocant, utiliter inungit. At coticula probatur aurum & argētum:
 quam

quam rationem in libris de remetallica exponā. hanc multi ex Græcis, ut Pindarus, Sophocles, Antiphon, Theognides, Βάτης uocant, quod aurum ipsi attritū colore, canē trusina, examinet: alij eadem de causa χρυσόν: Lydiū lapidem alij, quod in Lydia reperiatur: alij Heracleum, ab Heraclea Lydiæ urbe. coticulæ autem omnes Theophrasti temporib. inueniebātur in Tmolo fluuiio: Pliniū passim: hodie apud nos in riuis Hildesheimis & Goselarianis, atq; etiā circa Visam pagū, qui est inter oppida Egrā & Eredorfum. plenīq; omnibus est & color nigerimus, & leuor insignis. quanquam uero eas Plinius quaternas uncias longitudine, binas latitudine nō excēdere scribit, tamen longæ senas uncias, aut amplius reperiuntur, latae ternas: & quidem maxiniae circa Visam pagum. inuentarum autem partes quæ respiciunt solem, esse meliores ad experimentū: quæ humi iacent, deteriores, Theophrastus tradit, iccirco quod superiores sint sicciores. etenim humor impedit, ne auri argenti' ue colorem capiant. quo circa magnis etiam caloribus experimentū fit deterius, quod tum propter humorem quem ex se se emitunt, lubricæ sint. in locis autem qui olim arserunt, aut etiam nunc ardent, pumex reperiatur ex terra uella pide excoctus, & ad hanc figuram redactus: sicut in Campaniæ monte Moderno & Vesuuio, in Aenaria, in Aeolijs insulis, in Sicilia circum Aetnam, in Melo, in Nisyro, in collibus Myssiæ adustis. effoditur etiam ad Confluentiam oppidum, ita appellatum quod ibi Mosella & Rhenus cōfluant. in inferiori Germania in tractu nobilis oppidi, quod ex aquis nomen duxit. pumex aut, quoniam non aliter ac spongia est fistularum plenus, dicitur, ut Vitruvius autor est, spōgia. Græcis uero κίαρχες uocatur, quod nomen, ut quidam putant, ex uerme frumenta erodente inuenit, qui Græce κίς nominatur, Latine gurgulio. ut enim is frumenta perforat, ita natura pumicem. Theophrastus uero etiam halcyonium, quod ex maris spuma concreuit, pumicem nominat, sed nos de eo iam diximus. differunt autem inter se pumices: nam primo nō omnibus unus color, sed sunt aut nigri, aut cinerei, aut cādidi. tum alij molles sunt, manibusq; teri in arenā possunt, quales in Nisyro reperiri Theophrastus scribit: alij duri. deinde omnes rari sunt & leues ob fistulas, quæ aerem in se continent. eaq; de causa innatant in aqua: sicut etiam cæteri lapides pumicosi, quamvis magni, qualis est Thyrræus, & alter è Nisyro insula, si modo hic differt à pumice in eadē reperto. uerum tam isti q; pumices integri innatant, merguntur cōminuti. sed cum omnes pumices sint leues & rari, tamen nigri plerūq; sunt cæteris densiores grauioresq; cādidi & cinerei rariores leuioresq;. cum præ

teream multū aërem in fistulis habeant, non tamen ignem cōcipiūnt,
 nec comburuntur quòd careant humore, iam ante igniū ui consum= pto. pumice, quia propter asperitatē abstergit, fœminæ potissimum utuntur ad leuigandam cutem, & ad pilos attenuandos imminuen= dosq;. uiri pariter ac fœminæ ad dentifricia, uiri insuper ad alia mul= ta. nam librarij eo poliūnt libros: medici his quæ gignunt carnē, ad= miscent: qui curant uina, in feruentis musti dolium immittunt, et sta= tim cessat feruor: potores in certamine bibendi eius farinam præsu= munt, sed istos nisi immenso potu impleātur, periclitari Theophra= stus tradit. medici uero eligunt candidum admodum leuem, fistulo= sum, scissum, eum qui lapidibus caret, fragilem. Postremo restat ut de his lapidibus dicam, quos nostri ab eo quòd in ardentes fornaces coniecti fluunt, facile enim liquefcunt igni, nominauerunt. eorum tria sunt genera: unum gemmis simillimū translucidis; alterum eis non multum simile. nam plerūq; non pellucēt, raro partim, ratiū totum. illud ferè sparsum reperitur in argentarijs & cæteris metallis. hoc in proprijs uenīs sæpē copiosum. tertium est ex quo cōficitur uitrum: quanquam etiam ex alijs duobus potest confici. nec uero primi ge= neris lapilli pellucent modo, sed etiam refulget: eisq; color idem qui gemmis insidet. nam alijs sunt similes crystalli, alijs smaragdi, alijs pra= sij, alijs cyani, alijs amethysti, alijs hyacinthi, alijs carbunculi, alijs chryso= lithi, alijs deniq; aliarum gemmarum, atq; ab eis mollitudine tantum differunt. quòd si chrysolithi molles in gemmarum numero sunt ha= bendæ, ut eas habet Plinius, & sandastri, quas propter teneritatem Ismenias negat poliri, his omnibus aliquid loci erit in gēmis. et si ue= ro qui propter mollitudinem poliri non possunt, de gemmarum nu= mero eximendi sunt: tamen aurifices interdum etiam eos quos natu= ra fecit læues, & quibus aptam formam dedit, in annulos et fundam includunt. pharmacopolæ certe non raro his utunt̄ pro hyacinthis, pro sapphiris, pro smaragdis, pro carbunculis. uiolaceis quidam pi= ctores pingunt. huius primi generis fuit lapis Alabādicus, si modo fuit alius à carbūculo Alabādico: nam liquatur, inquit Plinius, igni, & funditur ad usum uitri. niger est, ad purpuram tamen magis aspe= tu declinante. nascitur in Caria ad Alabandam, & in eadem Mile= ti. alterius generis lapides tot colores non habent, & raro suaves. ete= nim plerūq; in candido pallent, aut nigricāt, aut sublutei sunt. hos quoniam celeriter igni liquefcunt, ad uenas adjiciunt, qui ex eis ex= coquunt in etalla. at ex lapide tertij generis, arena potissimum, confici tur uitrum. nam & hic in ardentes fornaces cōiectus, igni liquefcit. eam areuam ob id ναλίπη ἀμυρη nominat Græci. lapidis huius mo= A do sunt

do sunt propriæ uenæ, interdum multum latæ: modo sparsus reperi-
tur in metallis. silice minus est durus, quapropter ex eo ignis elici-
non potest: non translucet, sed ipsi multi insident colores: candidus
scilicet, subluteus, cinereus, fuscus, niger, viridis, cæruleus, rutilus,
ruber. quanquam autem in montanis locis ad ripas fluminum, & in
agris quibusdam passim inueniuntur id genus lapides, tamen nigræ
intus in corpore, non tantum in cute, sunt rariores. sed utcunq; colo-
ratos sæpe numero alterius coloris uenæ interfecat, uerbi causa can-
didum, rubræ: viridem candidæ sæpe maculæ distinguunt, ut cine-
reum nigræ: candidum, rutilus. extra terram plerunq; inueniuntur
eius fragmenta. sed cur fu aquarum ad lapides sui aut alterius gene-
ris poliuntur attritu. quomodo etiam saxonum fragmēta in globos
non raro compressos, formantur: in candido subrutilus Anneber-
gi in metallo argētario repertus est crucis figura, cuius recta pars lon-
ga sesquipalmum, transuersa palmum unum. illa ferè integrum digi-
tum latæ, hæc dimidium: utraq; unciam crassa. Fribergi uero inuen-
tus est qui simiæ lineamenta effingit. item magnitudine castaneæ nu-
ber, cuius superior pars subalbida in se continet scutulum rubrum,
quod lineæ quatuor ambiunt: duæ candidæ, totidem rubræ, & qui-
dem secunda & quarta. Subluteus autem in Carpato Boccantij
xesus uidetur esse. hic lapis uarium usum præbet: eo, cuius tandem
fuerit coloris sternutur uiae: cæruleus adjicitur ad cinerem abiegnū,
cum ex ipso sit alter cinis, quo infectores utuntur. candidus uritur,
tunditur, cribro secernitur, atq; ex eo conficiuntur arenæ, ex quibus
uitra conflantur: quæ quanto candidiores fuerint, tanto sunt utilio-
res. id genus arenas uitri fertiles amnis Belus, in radice Carmelitō
tis ortus in Phœnice, inter Ptolemaidē coloniam & Tyrum urbem
defert ad littus marinum, quæ fluctibus, inquit Plinius, uolutatae ni-
tescunt, detritis sordibus. defert item tales arenas in Campania Vul-
turnus: quæ fluctibus refusæ reperiuntur in littore inter Cumas &
Lucrinū. nec tamen ex hac sola arena sit uitrum, sed tribus eius par-
tibus una additur nitri: ex quibus simul liquatis oritur massa, quam
uocant ammonitum. si uero deest nitrum, tantundem salis fossilis
ad arenam adjicitur: si hic quoq; defuerit, salis marini, aut alterius fa-
cticij, aut cineris herbæ anthyllidis combustæ: quanquam nonnulli
cinerem, qui sit ex arboribus combustis addunt. quinetiam in India
ex crystallo fracta fieri uitra autores esse Plinius scribit. quo sanemo-
do ex genere lapillorū quoq;, qui gemmis simillimi igni liquefunt,
& altero, de quorum utroq; iam dixi, confici possunt. cum autem ui-
tri materia igni liquefcit, agit spumas, quæ de ea uerriculo, tanquam

recrē

recrementum de argento, detrahuntur. inox uero concreta in panes coguntur candidos, quibus est sapor mistus: magis tamen falsus est in arus. hanc aurifices ad argenti scobem, cum ex ea coflare uolunt massam, addunt, ut citius ignilique scat. uerum ut quondam Sidon ex uitro quod ibi conficiebatur, nobilis fuit & clara, ita nostris temporibus ex eodem quod confatur Murani, nobilitantur Venetiæ, quæ omnes amplissimæ atque ornatissimæ urbis laudes habent. uerum ut in qua crystalli modo candida sunt, & pellucent, maxime probantur. at clarissimum & purissimum uitrum duobus modis tingitur: etenim cum eo in puluerem trito aut paucus color fossilis permisceatur, aut multus, simulque igni liquecunt. priori modo oritur uitrum quod colore exprimit gemmas: non modo adamantem, smaragdum, carbunculum, amethystum, hyacinthum, cyanum, gagaten, & reliquias unius coloris: sed etiam uersicolores, pæderotas scilicet, & in his opalum. altero modo semper nascitur massa nigra, sed ex qua, si soli fuerit obuersa, color quo tingere potest, relucet: nam id in circulo tingitur, ut possit tingere. itaque aliud tingit argentum albo colore: aliud nigro: quoddam viridi: partim cœruleo: partim purpureo. quo in modo nobile & preciosum fit genus tinturæ, quo aurum claro rubri carbunculi pingitur colore. ac uero etiam uitrea opera his omnibus coloribus tinguntur, atque hic nigrum obsidianum nominatur, quod obsidiani lapidis, qui idem gagates dicitur, sit simillimum. totum uero rubens, atque non translucens, ut Plinius scribit, haemati non appellatur: quod genus sunt urceoli, ex quibus bibimus musta, escariaque uasa. Sed de his, atque adeò de lapidibus qui igni liquecunt, satis: abeo ad gemmas.